tis Tertio de enūciatiōne Quarto de silogismo sim-
pliciter Quinto de silogismo applicato ad materiam
demonstratiuam seu demonstrationum ceteris silo-
gismis pretermissis

¶ Capitulum primum quid sit vniuersale

Ad cognoscendum quinqꝫ vniuersalia seu pre-
dicabilia que porphirius ponit Sciendū est
ꝙ quia intellectus noster est separatꝰ a materia Non
enī est potentia affixa organo corporali seu materiali
Et omne ꝙ recipitur in alio per modum recipientis
recipitur et ideo illud quod obiectiue in actu recto in-
tellectui representatur oportet esse denudatū a mate-
ria et a ꝯdictionibus materie que sūt hic et nunc Et
dico hic denudatum a materia nō simplicirer ab om-
ni materia sed a materia signata res enim naturales in-
telliguntur cum materia et propter hoc dictum est ꝙ
debet esse denudatum a ꝯdictōnibus materie vbi gra-
tia In nostra fantasia est fantasma seu forma represē-
tans hunc hominem scꝫ ꝙ fuit in aliquo sēsu exteri-
ori que forma virtute intellectus agentis agit in intel-
lectū possibilem sicut colores virtute luminis agunt
in potentiam visiuā et causāt tunc in intellectu possi-
bili quedam forma que dicitur species intelligibilis
vel scꝫ alios actus intelligendi vel verbum que for-
ma representat hominem non tamē vt est hic et nūc
sed abstractum a talibus ꝯdictionibus et hoc dicitur
esse vniuersale Unde in homine sic intellecto est duo
ꝯsiderare scilicet ipsam naturam humanā seu habēs
eam et ipsam vniuersalitatem seu abstractionem a tali-
bus ꝯdictionibꝰ materie Quantū ad primū homo

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-i-11/0004
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG